



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

55. Sabb. Ope B. Virg. cælum subimus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

86      *Sabbato Dom. 6. Epiph.*

hæc gratia Dei acquiratur votis humilium:  
quia facile Deus humilitate superari potest,  
Suso de 9. rupibus. Eâ præsertim, qua humiliamur ad divinum obsequium, ad cordis munditatem, ad Christi exemplum. Humilitas diffidit sibi, confidit Deo: quando igitur cor meum in moderate jactabitur, offeram illud Domino, qui dicit: *Fili, præbe mihi cor tuum.* Pr. 23. Cor servi in manu Domini bene dirigetur.

MEDITATIO LV.

*Sabbato Dom. 6. Epiph.*

*Ope B. Virginis cœlum subimus.*

**A**spiciam ad felicem portum navigatio-  
nis Christianæ B. Virginem, Petam de  
eius spiritu, ne à aialo præoccupet.

*Conf. 1.* B. Virginem locum voluptatis Dei,  
in quam spiritus ille multiplex ineffabiliore  
modo supervenit: Pet. Dam. Serm. de annun-  
tiat, quæ speciosior facta est, & dignior quam  
totus mundus, Auct. op. imp. in c. 8. Matt. à  
qua de deserto ascende petam contra ap-  
petitus meos inordinatos purum amorem  
Dei, ne in portu faciam naufragium, ad sco-  
pulum superbiæ, temeritatis in judicando,  
conatus supra vires, licentiæ increpandi, im-  
misericordiæ, ægritudinum, persecutionum,  
desolationum.

*Conf. 2.* Unam originem horum naufra-  
giorum

giorum esse inordinatum hominis appetitū; quia in nullo prævalere potest diabolus cuiquam, nisi fuerit voluntatis vitiaæ quando enim videt dæmon inclamatam malignis infusionibus suis mentem, tunc permittente justitia divina propriæ abusum gratiæ, & dictamina conscientiæ spreta, incipit tentator animam inordinatam & ingratam possidere.

*Conf. 3.* Alteram originem horum naufragiorum esse dæmonem, cui resistere docet nos B. Virgo tribus interrogationibus.

*S. Brigit. l. 4. c. 67. & 38. lib. 6. c. 78. & 82.*

1. Num aliquid dæmon creaverit? si nihil, igitur nihil dare potest: aut si quid ei permisum, contemptibile est bonis a ternis collatum. 2. Num amicitia ejus habuerit aliquando bonum finem? si nunquam, quia amicitiæ ejus omnes finiuntur in Væ, quis ejus amicus esse velit? 3. Num voluptas ejus bonum aliquando finem habuerit? si nunquam: quia in malo incipit, & ad malum tendit: quis tam insipiens, ut malum amet? His flagellis cæditur dæmon. Lib. 6.

*c. 17. & 51. Renovabo collo-  
quium meditationis.*

41.

ME-